



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XIII. Papst Innocenz IV. gewährt dem Minoriten das Recht, Jeden, der es
wünscht, in ihren Kirchen zum Begräbniß anzunehmen, am 25. Februar
1250.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

tulimus ciuitati cum omni iuris plenitudine, quod habuimus in eisdem. Vt igitur hec nostra donacio inconuulsa permaneant atque firma et ne quis eam heredum nostrorum in posterum violare valeat vel mutare, presentem paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum munimine firmiter communi, Testes fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina sunt hec: Comes Bernardus de Dannenberg, Fredericus de Kare, Johannes de Rossow, Johannes Gans, Curie nostre marscalcus, Gerardus de Kerkowe, Albertus Valie et alii quam plures milites atque serui. Datum apud Arneborg, per manum Heinrici, nostre curie notarii, Anno M^o. CC^o. XLIX, XIII Kal. maij, Indict. VII^a.

Nach dem Originale des Stend. Ratharchives No. 5.

XIII. Paps Innocenz IV. gewährt den Minoriten das Recht, Jeden, der es wünscht, in ihren Kirchen zum Begräbniß anzunehmen, am 25. Februar 1250.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Generali et prouincialibus ministris et aliis fratribus ordinis fratrum minorum Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, sepulturam ecclesiarum uestrarum liberam esse decreuimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nullus obstat, Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni, V Kalendas Marcii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Original im archiual. Nachlasse des St. Annenstifters.

XIV. Der Rath zu Stendal gründet die Gilde der Weber, am 13. November 1251.

In nomine sancte Trinitatis. Consules de steindale omnibus hoc scriptum inspecturis seruium. Acta presentis temporis sepius deperire solent in futurum, nisi fuerint scripto et uoce testium solidata. Commendatum igitur esse volumus tam presentium quam futurorum memorie, quod nos habito consilio cum burgenlibus nostris uniuersis, qui uocati aderant ad ciuile colloquium, ad petitionem burgenlibus nostrorum illorum, qui funguntur officio texendi, de unanimitate consensu hoc admittimus, ut habeant quandam fraternitatem, que inunge nuncupatur, cum tali iure, sicut communiter pecierunt, sicut exprimitur et declaratur. Quicumque hanc non habuerit, ipsi pannos parare et illo